



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De falsa interpretatione pœnitentiæ per sectarios. tit. 126

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Respondeo, quia omnis qui peccat in hominē, sicut patet de obseruantia & negligentia præceptorum Dei. Ideo Deus primò vult vt reconcilietur peccator, Mat. 5. Vade &cæ.

DE FALSA INTERPRE-

tatione pœnitentiæ per sectarios.

TITVLVS CXXVI.

SECTARII istis temporibus impugnant in tribus Catholicam pœnitenti- am: Primò, quòd sit quasi equuleus exigens impossibile, scilicet confiteri omnia peccata, cum Dauid dicit Psalm. 18. Delicta quis intelligit? &c. Secùdò, quòd sit blasphemia, quia docet, quòd propter nostram confessionē & satisfactionem, Deus remittat peccata, & sic Christus gratis venit, Gala 5. cùm sola Christi satisfactio tollit peccata. Tertiò, quia facit Deum anum veterum qui solum culpam, & non etiam pœnam peccatorum tollit. Ideò Papistica pœnitentiã est blasphemia. Sed hæc omnia sunt mendacia & falsa.

Primò hoc certum, quòd Christus non fecit testū aut obscurum mandatum, Ioan. 20. vbi dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, id est, quòd deberent absoluerē & ligare, & non scire quæ ligarent & absoluerent, sed ostendit medicum, vt qui sanitatem cupit, morbum dicat. Si suffecisset, quoniam solus Deus sciret peccata, ad quid ordinãt et claves? solus etiam occulte ipse absoluisset. Infirmus solum morbum, quem ipse nouit & sentit, de regno Medico: alias multas infirmitates quas non intelligit, Medici prudentiã committit. Sic quæ occurrunt nos egisse apertè contra Dei præcepta, confitemur. Alia occulta & aliena. Psalm. 18. relinquitur diuinę misericordię: nemo vnquã coegit ad pœnitentiã aut confessionē talē, vt omnia impossibilia dicantur.

dicantur. Mendacium ergo est hæreticum.

Secundò, de satisfactione duplici modo docetur. Primò, vt coram scilicet Deo fiat. Et sic nulla est propter satisfactionem Christi à pœna & culpa æterna. Ioan. 1. Sanguis eius emundabit conscientias, &c. Ioan. 2. ipse est propitiatio. Esai. 53. Posuit in eum &c. Ro. 3. Quem constituit propitiatorem, & 1. Pet. Non corruptilibus &c. & hic sola Christi satisfactio coram Deo satis facit, &c.

Est quoquè satisfactio coram proximo vel Ecclesia, quam etiam Deus exigit, quæ medium, per quod Deus distribuit satisfactionem Christi, est: vt reconciliari fratri, Matth. 5. restituere ablata & reddere, sicut Zachæus Luc. 19. sic oramus Matth. 6. vt Deus nobis faciat, sicut & nos proximo, &c. Obedire præceptis Dei, Matth. 7. Audire Ecclesiam, Matth. 18. coram Ecclesia publicè, vt agnoscat vera penitentia, & ceteris terrorem incutiat. Sic olim erat publica penitentia, vt Paulus 1. Cor. 5. & Mat. 18. Christus docent. Attamen hæc nostra satisfactio, non culpam, sed mitigationem pœnarum impetrat. Sicut Achab pœnituit, 3. Reg. 21. Et Ezechias rex, 4. Reg. 20. Exigit ergo Deus & hanc satisfactionem, &c.

Tertiò, docent clarè literè sacræ, quòd Deus propter Christum remittit culpam & pœnā, sed non omnes pœnas temporales. Nam peccatū remittit, sed pœnam peccati, id est, mortē adhuc oportet soluere. Heb. 9. Staturum est homini &c. Rom. 6. Stipendium &c. Sic Dauidi 2. Reg. 12. remittitur culpa, attamen ille moritur &c. Item si pœna quoquè dimittitur, culpa, cur hodiè in dolore mulieres parturiunt filios, Gen. 3. Ideò operibus mitigari pœnas peccatorum patet in Ninivitis, Ionæ 3. clarum est. At videant, quæ sic leuem faciunt viam in cælum, vt conqueruntur. Iulianus in priam ferm. 5. de lapsis. Ideò per indulgētias & operum penitentia fit remissio, tanquàm per media &c.

Si Deus nō vult remittere æternam pœnā, aut cō-
mutare æternam pœnā in tēporalem pœnā prop-
ter Christum: Ad quid valet pœnitentia, contritio,
confessio, satisfactio? ergō tollitur tota pœnitentia.

MATRIMONIUM

quid sit.

TITVLVS CXXVII.



RIA sunt notanda. Primò, quid sit ma-
trimonium Christianum: Secundò, cur
institutum à Deo: Tertio, qui sunt fru-
ctus.

Primò, matrimonium est copulatio
& mutua deuinctio corporum maris & foeminae, iux-
ta præceptum Dei, procreandorum liberorum cau-
sa, & vt in vera fide mutuò se diligant, & alter alteri
adiutorio sit, vsque in finem vitæ. Primum patet
1. Corinth. 7. Mulier potestatem corporis sui non ha-
bet, sed vir, & è diuerso & cætera. Ideò super
corpu vxoris vir habet potestatem, & è diuerso,
non autem super animam. Neque animæ desponsan-
tur viri & mulieris, sed corpora, omnis anima Deo,
& Christo Domino nostro desponsatur per fidem. 2.
Corint. 11. Despondi vos omnes vni viro & c. Cogere
ergo virum ad falsam fidem, sicut faciunt Anabap-
tistæ, & soluere matrimonium, non habet potestatem.
Secundum patet, Genes. 1. Creauit Deus masculum
& foeminam, & dixit eis: Crescite & multiplicamini.
Tertium, Faciamus homini adiutorium simile sibi,
Genes. 2. adiutorium fidele & amore prosequens, v-
bi fornicatio excluditur, & fides exigitur, opem fe-
rens, vbi ambo laborare tenentur & c. Quartum, Ro.
7. Mortuo viro, soluta est mulier à lege viri: quod er-
go Deus coniunxit, homo (id est, fornicator) non se-
paret, Mat. 19. Sic qui nubit in domino, id est, propter
præceptum

X x 3